UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Regvla Sancti Patris Benedicti

**Benedikt <Montecassino, Abt, Heiliger>**

**Moguntiae, 1604**

IIII. De Prælato, & Conuentu monasterij, cui, &c.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64533

Visual Library

dignum inuenerint, referant Capitulo Ge[illegible]
rali, vt debita prouiſio adhiberi poſſit: &
quas alicui Moniali conceſſerint licentias,
ſcriptis dent, aliter fides non adhibeatur.

### *De Prælato, & Conuentu Monaſterii cui ſub[illegible] cura Monialium.*

### Cap. IV.

1 PRÆLATI Monaſteriorum quibus ſub[illegible]
tæ ſunt Moniales noſtræ, non præſum[illegible]
ingredi dicta Monaſteria: niſi pro aliq[illegible]
ardua neceſſitate, & ab Abbatiſſa, cum [illegible]
Deputatis fuerint requiſiti. Et tunc cum C[illegible]
feſſore, ſiue eius ſocio, aut de licentia Dep[illegible]
tatorum ſuorum, cum alio probo & matu[illegible]
& ætate prouecto Fratre. A quo nunqu[illegible]
diſcedant dum ſunt in Monaſterio: & an[illegible]
quam accedant ſignificent Superiori Mon[illegible]
ſterii ſui, nec aliter poſſint accedere, nec ſe[illegible]
ducant iuuenes aut leues Fratres.

2. Caueant autem Prælati, ne alicui Mon[illegible]
alium concedant ſpeciales licentias: quas [illegible]
men ſi dederint, dent in ſcriptis: nec al[illegible]
credatur tales licentias allegantibus.

3. Prælatus quoque, quantum fieri poteſt[illegible]
non comedat: aliis verò Fratribus, præ[illegible]
ſocium Prælati & Cōfeſſoris, in hoſpitio Mo[illegible]
naſteriorum Monialium comedere penit[illegible]
interdicimus.

4. Quando autem aliquis Frater petierit li[illegible]
centiam eundi ad viſitandas aliquas Moni[illegible]
le[illegible]

les, non detur ei licentia: niſi conſanguineus earum fuerit, vſque ad ſecundum aut tertiũ gradum incluſiuè: aut ſi qua vrgens, & manifeſta cauſa, quam Prelatus ſciat, occurrerit: & tunc ordine infraſcripto, videlicet: Quod Prælatus congregatis Deputatis ſuis proponat nomen Fratris & cauſam: quæ ſi legitima à maiore parte prædictorum computata Prælati voce iudicata fuerit, dent illi licentiam, cum deputatione etiam ſocii maturi & probi Fratris de Monaſterio, aut proprii Cõfeſſoris. Qui tamen non poſſit ingredi Monaſterium, ſed ad crates loquatur: nec niſi cũ illa pro qua licentiam obtinuit, ac cuſtode ſua & Abbatiſſa.

5. Mandamus igitur omnibus Fratribus Cõgregationis noſtræ, ne accedere præſumant ad Monaſteria Monialium, niſi ſeruatis prædictis: ſub pæna carceris ad arbitrium Prælati & P. Præſidentis, aut vnius ex Viſitatoribus illius Prouinciȩ, etiam extra tempus viſitationis. Qui quando extrahentur dicant ſuam culpam in Capitulo: & puniantur inſuper ad arbitrium extrahentium.

6. Qui verò cum debita licentia acceſſerint, non poſſint vllo quæſito colore ibi in hoſpitio pernoctare: id enim ſolis Viſitatoribus in actu viſitationis, & Confeſſori tempore confeſſionum conceditur: imò etiam extra tempus confeſſionis, ex vrgẽti & rationabili cauſa cum licentia Prælati.

7. Hoc idem quoque, in caſu neceſſitatis fa-

cere poſſint ipſi Prælati. Si verò contingat Prælatum à Monaſterio diſcedere, non relinquat in ſua abſentia, vices ſuas gerentibus, generalem licentiam eundi ad Monaſteria Monialium: ſed petant licentiam à Superioribus ſicut & cæteri.

8. Sit autem in arbitrio Prælatorum permittere, vt mittantur ad dictas Moniales Cucullæ, Tunicellæ & Scapularia ad ſuendum: dummodò nomina Fratrum in ipſis non apponantur: ſublata etiam omni vanitate, & ſuperfluitate in illis ſuendis. Nec deinceps Prælati vel Monachi ſe implicent in temporalibus Monaſteriorum dictarum Monialium: niſi pro conſilio tantum, aut in caſu alicuius vrgentis aut extraordinariæ neceſſitatis.

### *De Confeſſore Monialium.*

### Cap. V.

1 CONFESSORES Monialium eligantur graues & maturi tum ætate, tum moribus: Nec poſſint ingredi Monaſteria earū niſi inſtante infirmarum, & conferendorum ſacramentorum neceſſitate, & ſemper cum ſocio ſibi deputato.

2. Et vt, iuxtà Apoſtoli ſententiam, omnia honeſtè, & ſecūdum ordinem fiant in nobis, & quia his qui in CHRISTO piè viuūt, nō malum tantum, ſed mali quoque ſuſpitio cauenda eſt: Statuimus, vt ſocius Confeſſoris Mo-